



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

Parisiis, 1644

XLIII. Si lector alterius viduam duxerit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15324

& dixerit non posse in castitate permanere, hic non ordinetur. Quod si in ordinatione tacuerit, & ordinatus fuerit, & postea matrimonium desiderauerit, alienus sit a ministerio, & vacet a clero.

XL.

Non licet diaconum ante presbyterum sedere, nisi cum iussione presbyteri.

XLI.

Non liceat quemlibet ministeria tangere, nisi subdiacono aut acolyto in secretario tangere vasa dominica.

Dist. 24. c. Non liceat cuiuslibet.

XLII.

Non liceat mulieres in sacrario ingredi.

XLIII.

Lector si viduam alterius uxorem acceperit, in lectoratu permaneat: aut si forte necessitas sit, subdiaconus fiat, nihil autem supra: similiter & si bigamus fuerit.

Dist. 34. cap. Lector. & in Conc. Tol. I. cap. 3.

XLIV.

Si subdiaconus secundam duxerit uxorem, inter lectores vel ostiarios habeatur; ita vt Apostolum non legat.

D. 34. c. Si subdiaconus. & in Conc. Tol. I. c. 4.

XLV.

Non liceat in pulpito psallere, aut legere, nisi qui ab episcopo lector est ordinatus.

Dist. 29. c. Non liceat in pulpito.

XLVI.

Si quis obligatus tributo seruili, vel aliqua conditione, vel patrocinio cuiuslibet domus, non est ordinandus clericus, nisi probanda vitæ fuerit, & patroni concessus accesserit.

Dist. 53. Si quis obligatus est tributo. ex Conc. Tol. I. cap. 10.

* al. est tributo

* al. probatz

* confensus

XLVII.

Si quis seruum alienum causa religionis doceat

17. q. 4. Si quis seruus